



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Rebus Iaponicis, Indicis, Et Pervanis Epistolæ  
Recentiores**

**Hay, John**

**Antverpiae, 1605**

Antonivs Dalmeida Odoardo Sanda Rectori Xavchini.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61204)

ANTONIUS DALMEIDA ODO.  
ARDO SANDA RECTORI  
XAVCHINI.



VM illius amore Cincensem iam tandem me factum  
videam, qui Deus cum esset salutis nostrae causa homo  
fieri voluit, optimo iure immortales illi gratiae red-  
dendae mihi sunt, quod paucorum mensium interu-  
lo concedere dignatus nobis fuerit, quae multis iam  
annis plurimi frustra tentarunt, animi (dico) quietem tantam, et  
in mortali hac & caduca vita praeter meam & Cincensium ad Dei  
conuersionem desiderem plane nihil, quae ut etiam cum vix lo-  
ius iactura tandem nobis obtingat exopto. Fateor equidem lac-  
chrymas me continere non potuisse, dum ad scribendum calami  
exacuerem, & imaginatione quadam animo mecum perpendere  
ad intimos iam penè Cinae recessus me penetrasse, neque temere  
imaginatione quadam me adductum assero ut hoc mihi persua-  
deam, nam in eo adhuc errore versari mihi videor, ut somnia esse  
credam huc vsque me peruenisse. Atque ea propter gratum mihi  
faceres, si illo me errore liberares, ac pro certo dubitanti mihi as-  
firmares in vasta illa provincia (ne dicam mundo) versari me, qui  
tã auidis votis P. Francisc. Xaverii felicitis memoriae illustrare gaudi-  
bat, ac in qua pro animarum salute labores durissimos ego quoque  
perpeti etiã cum vitae periculo efflagito, quod vnicuique esset feruens  
desiderii solatium. At quoniam cum Xavchino discedere in man-  
datis dederas, ut suscepti itineris successum sigillatim perscribe-  
re, quod verbis tui promissi, re ipsa hisce litteris nunc praestare conabor.

Vndecimo Cal. Decemb. anno redemptionis humanae 1584.  
Cantone discessimus, nauigio cuiusdam, qui Cignione ortus  
& Xavchini Gubernatori sanguine iunctus erat, vbi. Quem itine-  
ris duces diuinitus oblatum certo nobis persuasimus, tum quia  
opera eius quamplurima pericula, quae in tam longa ac difficili na-  
uigatione imminuebant, euaserimus; tum multo etiam magis  
quod nullo nostrum postulante vltro se obtulerit. Magister Fran-  
ciscus Xaverius, mille aureis Cincensi cuidam oblatis, frustra pau-  
lo antè tentauerat, ut in litus Cantonensis ditioris exponeret  
nobis verò vltro se obtulit, qui gratis nulloque pretio dato ad Ci-  
nae regni penetralia nos perducere paratus erat. Quod an signu-  
m sit, & quidẽ euentissimũ, Deũ misericordiae oculis gentem istam  
respicere, & ex infidelitatis caligine ad veram fidei lumẽ perducere  
velle,

velle, R. tuæ iudicio relinquo. Cùm iam iter ingressi essemus, ego quoque Cinensem in actionibus meis exprimere cœpi, sed tyrannulum ac planè infantem, quòd neque Cinenfium lingua loqui, neque habitu vestiri, neque eorundem more accumbere probè adhuc nouissem. Quanquam autem Patricius iste Cinenfis libès admodum nos itineris suscepti comites assumpserat, nò defuerit tamè quietis humanæ insidiatori diabolo, quæ nauigantibus obijceret impedimenta, nam tertio postquam soluissemus die, vt nauis incenderetur fortuito casu accidit, non deficientibus qui infortunii damni que accepti culpam in nos conijcerent. verùm diuino factum auxilio fuit, vt nullo grauiore accepto incommodo incendium extingueretur. Dum autem per Cantonensis prouinciæ fines nauigio ueheremur, sub incolarum conspectum vix vquam produimus, quin & noctu etiam nauigauimus, adeò quidè vt donec ad urbem Moylimpor accesseramus, nauim egressi fuerimus nunquam. Quare quod de prouinciâ ista referam cõpertum exploratum que habeo nihil, præterquam quòd vrbes plurimæ ac oppida frequentissima tum altissimi ac prærupti montes nauigationis conspectui offerrentur, inter quos copioso dulcis aquæ fluvii pulcherrimus ille ac nauigationibus mercimoniisq; ad diuersos prouinciæ tractus tuta nauigatione distrahendis aptissimus fluuius labitur. Cõspiciebamus passim sumptuosa ædificia dæmonum cultui dedicata, tum & nauium penè infinitam multitudinem, auium que aquaticarum innumerabilem copiam, ac caprarum per syluas pascentium greges, idque ad 7 Idus Decembris, tunc enim ad urbem Modin appulsi fuimus, circa quam huius est origo fluvii, qui quòd rapido quibusdam in locis defluxu ferebatur, & aduerso flumine nauigandum nobis erat, in causa fuit, vt lentè admodum nauis procederet, sic vt & funibus protrahi & remis à nobis quoque deberet impelli. In urbem Modin non citra difficultatem ac molestiam fuisset admisi, si quidè in eam per portem qui ferreis duabus catenis solius Prætoris iussu, ad quem hæc cura ex officio spectat, attollebatur ac demittebatur, patebat ingressus: verùm tamen quòd ductor noster Lancitano (sic urbis Gubernatorem vocari existimo) arctioris necessitudinis nexu cõiunctus esset, nulla quidem interposita mora, non tamen sine difficultate aliqua propter nauium aliarum multitudinem Gubernatoris mandatù iuxta pontè expectantiù, nostra in urbem recepta fuit, nosq; ante ipsam penè hospitii limen quo excipiendi eramus expositi fuimus, & ductoris nostri causa commodè satis laute que tractati, vbi die quodam Dominico & Lunæ sacrū celebrauimus,

sequenti verò Martis die ad urbem quandam octo miliaribus di-  
 stantem perreximus, alterius ibidem fluminis commoditatem  
 nacti. Iter autem illud omne lapidibus stratum erat, in quo per  
 montem aliquem transcenditur, in cuius summitate arcu quæ-  
 dam fornicato opere videre erat, cum inscripta Epigraphe, que  
 nomen eius, cuius sumptibus & industria iter illud alias quidem  
 difficillimum nunc autem facile & expeditum effectum fuerat,  
 continebat. Aura insuavis erat tempestasque pluuiosa & frigida,  
 ob id forte quoddam totus ferè iste tractus sit montosus. Non memi-  
 ni vidisse me usquam viam adeò frequentatam, ne tum quidem  
 quando ad publicas nundinas negotiatores proficiscuntur. om-  
 nes siquidem merces Nanquino & aliis circumiacentibus locis  
 huc aduehuntur. Habent porro mercatores, extremas dicti in-  
 nis ciuitates inhabitantes, utrobique mercium distrahendarum socios  
 commodè profectò, neque enim ductori nostro aliud quidquam  
 incumbere oneris, quam ut centum & quinquaginta mercium  
 sarcinas (tot enim adueherat) vnà cum aliis nonnullis rebus om-  
 nibus in itinere opus erat hospiti traderet, ad vnã omnes in alio-  
 rius oppidi hospitio reperturus. Pertinet quoque ad horum (quos  
 xi) sociorum curam, seruis de equis, Dominis de sedilibus gestan-  
 tiis prospicere. Sunt autem sedilia ista leuia, quæ à baiulis duobus  
 gressu satis concitato feruntur citra pluuiæ imbriumve periculum,  
 à quo umbellis quas manu viatores gestant defenduntur. Per  
 media itineris parte sellas mutabamus, aliis quæ ad diuersorum  
 usque ab aliis gestabantur assumptis, quibus præter gratuarum  
 aliquod denariolum debetur nihil, iustum enim precium hospiti,  
 cum merces sibi commissas singulis tradiderit, persoluitur. Eo-  
 demque pretio portatili hic sella gerimur, quo in patria nostra  
 quo vehimur, cum maxima hospitiorum commoditate & frequen-  
 tia. Sub vesperam ad oppidum Faquen accessimus, biduum ibidem  
 commorati, quo tempore tantus erat ciuium nos visentium con-  
 fluxus, ut multitudine penè obrueremur, cuius rei vitandæ causâ  
 in nauem veneris die secessimus: Sabbatho deinde sequenti secun-  
 do flumine nauigare cœpimus, quindecim dierum continuato cur-  
 su tribus vsi conductitiis nauigiis, quorum vno soli nos vehen-  
 mur. Ab vtraque fluminis ripa plurima eademque pulcherrima  
 oppida muris cincta nauigantium conspectui offerebantur, quæ  
 cum Cantonensi ciuitate magnitudine certate posse videbantur,  
 ex quo meditando occasio se nobis obtulit de facili ac expecta-  
 ratione, qua per vastissimas istas prouincias vltro citroque com-  
 meare liceret diuini verbi Euangelicæque veritatis seminem  
 faceris.

factaris, eoque magis id animo mecum agitabam, quod tanta & mentis & corporis tranquillitate totum hoc iter conficeremus, ut studendi, orandi, ceteraque omnia agendi non minor in nauis comoditas esset, quam domi potuisset aliquis nostrum optare. Ad 16 Cal. Ianuarii ad frequentissimam quandam ciuitatem deuecti fuimus Cantonensi multo maiore. In qua istius prouinciæ, cui Ciansi nomen est, Tutanus (Proregem hac voce significari existimo) domicilium habebat. Est urbs ista diuisa in partes tres, altissimisque undique muris circumdata. Hanc amnis intermedius secat, cuius ripæ nauibus simul iunctis pontis vicē supplentibus quæ duas urbis partes constituunt coniunguntur. In ponte hoc a nauigantibus vectigal exigitur, per quæ nobis in urbem ingressus illico patuit, ob id nimirum (vix superius dixi) quod dux noster Gubernatoris (Lætitanum vulgus appellat) germanus frater esset, quam etiã ob causam neque in merces eius fuit inquisitum. Et quanquam ad Consulem nos esse vocandos verebatur, ut quinam essemus, quidque acturi venissemus, diligentius exquireret, nemo tamen nobis quicquam negotii facessit. nam extra Cantonis prouinciã in reliquo Cinq regno non tam sollicitè in peregrinos inquiritur, imò honorificentius passim excipiuntur, quam R. T. Xauchini. Vix medio miliari ab isto ponte alius fluuius cum priori coniungitur, qui ab altera parte urbem alluit, circa quem alius vicus visitur, quo tertia urbis pars terminatur. Optabam hoc in loco Patribus nostris Collegiũ, tum propter regionis fertilitatem, tum etiam propter aeris temperiẽ. Comparatis hac in urbe quæ ad reliquum iter conficiendum necessaria videbantur, nauim conscendimus, & sex aut septem dierum spatio per amnem istum vecti sylvas ab utraque parte conspeximus amœnissimas, tum in ipsa ripa plurimas lignorum strues, frigidis regionibus cum opportunas tum etiam necessarias; atque eo ferè cursu totum iter peregimus, ut septem & eo amplius urbes magnitudine & mercium frequentia celebres nauigando prætergrederemur: donec pridie solemnitatis natalitiæ ad urbem Ciansi totius prouinciæ amplissimam deuenissemus; hic enim substitimus deuotissimam Dominicæ Natiuitatis nocte celebraturi. Verum quia infantulus, quæ sacratissima ista nocte salutifero partu beatissima virgo ac mater enixa fuit, laboribus gaudet; nostram quoque paciẽtiã exercere tum maximè voluit, rapidissimo vento a Boreali mundi plaga immisso, quo fluminis aquæ alioqui limpidiſsimæ ad eò turbatæ fuerunt, ut sacratissimo Christi natalis die purioris aquæ haustus nobis negaretur. cuius incommodi hæc causa fuit, quod Septentrionẽ versus amnis labitur, atque ob id Borea

perflāte maximē sēper cōmouetur. Postero die vrbe praxerenti-  
gātes, quā Vlyssippone maiorē esse ex aspectu iudicauim⁹, vni⁹ diei  
peracto itinere, viā quā Nanquinū ducit offendimus, vbi diuersa  
flumina cōcurrētia crucis speciē quādā exprimūt, idq; miro quo-  
dā naturę artificio, quę mercū per diuersas vastissimi regni partes  
distrahēdarū cōmoditati cōsulere voluisse tāta itinerū opportu-  
nitate visa est. Nā minori pretio quā pro equorū vectura Colibā  
Vlyxbonā pro secturi persoluūt, nauim hīc quis cōduxerit contra  
vētorū imbriūq; iniurias opertā, qua nobiles viri duo cū seruis &  
impedimentis ad 20 aut 30 dies commodissimē vehantur. Cano-  
ne soluētes ad vrbe Moilin 15 dierum itinere pro nauis precio que-  
ducentis mercū diuersarū fascibus erat onusta nouē laes (minimā  
ta id nomen monētæ esse arbitror) persoluimus. Pro trium vrba-  
liarum nauū nauulo, quibus viginti dierū spatio vsi fuimus, septē  
laes pēdimus. Progressi deinde ā via, quā secundo fluminis decur-  
su Nanquinum, siue dicere malis Lanquinum, tendit, (quod oppi-  
dum ad Septentrionem vergit) defleximus, & ad Occidentem nō  
nihil declinauimus aduerso quidem flumine, sic tamen, vt venter  
secundo vsi, sæpe quindecim interdum etiam 20 miliaria in dies  
singulos conficeremus; quo tempore per amplissimos quosdam  
grōs praxeruecti ad vrbeim quandam delati fuimus, in qua vasa  
retinis & pulchriora & pretiosiora finguntur, quæ per reliquam  
Indiam, addo etiam Europam, illinc distrahuntur. Transmissimus  
etiam sylvas plurimas & vrbes aliquot. Interea frigus adeo in  
dies inualecebat, vt omnia niue oppleta quodam die deprehē-  
deremus. Amnis autem pedetētim decrecebat, donec tertio no-  
nas Ianuarii ductoris nostri mercibus quæ multæ erant ac variæ  
in decem minores cimbas translatis, biduo nauigantes, ad ampliā  
vrbeim, ad quam per pontem 50. nauibus depictis innixum ingre-  
sus nobis ilico patuit, appelleremur. Nonis deinde Ianuarii ad vr-  
bem Gouli, quę fuit nauigationis nostræ per annum istum termi-  
nus, delati fuimus. Hīc rem diuinam celebrauimus tanto multi-  
tudinis concursu, vt penē opprimeremur. Quin & ab Idololatriæ  
cultore quodam ac sacerdote inuitati fuimus, qui domi sue so-  
lemnia Diis sacra erectis in illum finem altaribus sacerdotibusq;  
conuocatis sacra carmina cæremoniasque peragentibus infir-  
bat: apud quem honorificè excepti vñā cum Sacerdotibus (Banzos  
vulgus nominat) prandium sumpsimus, qui & ipsi benedictio-  
niæ signa non obscura nobis demonstrabant. Ne verò aliquid  
decederemus, hospiti nostro munuscula quædam librum scribere  
& preculas aliquot pias donauimus. Omnes autem illos errores  
in quo

in quo versabantur, convincere facile erat. Licuit hoc etiam loco  
 obseruare humanę salutis hostem Diabolum sacras catholicę Ec-  
 clesię ceremonias ementiri. Recessimus porro inde pedestri qui-  
 dem sed amęno ac iucundo itinere, sellis portatilibus ad sex aut  
 septem miliaria hic iterum vsq. Atque tum tandem Deo propitio  
 Ciquionis prouinciam intrauimus, quo die sub occasum Solis ci-  
 uicatem Cuixionem ingressi ad commodum hospitem diuertii-  
 mus. Tertio deinde ab aduentu die, tanta videndi visendique cau-  
 sa ad nos turba confluxit, vt quod nos verteremus planę nescire-  
 mus. Idibus Ianuarii nauem iterum ingressi per alium amnē qui  
 in hac primū vrbe nauigationi commodus esse incipit cursum  
 direximus, lento flumine ob aquarum inopiam ad tridnū tardiū  
 procedentes. Interea tamen octo circiter vrbes aspectui se nostro  
 obtulerunt, circa quas immensam deprehendimus malorum au-  
 reorum copiam, altissimos præterea montes, arboribus caduif-  
 que syluis contra frigoris asperitatem abundantes: intra quos a-  
 mēnissimus iste amnis grato murmure defluit, aquis vndique af-  
 fluentibus iam tum adeo audacius, vt cum eo qui Cantonē pro-  
 uinciā interfecat magnitudine & latitudine certare possit. Quan-  
 quam autē Cinę regnū fecunditatis nomine merito commenda-  
 tur, sterilitatis tamen, quę in quibusdam Iaponici regni finibus  
 est, hic vestigia quędam offendimus. Quinque enim dierū spatio,  
 quo cathari defluentis molestias pertuli, aliud quo vesceremur  
 erat nihil, quam raparū cum oriza coctarū frustra quędam & saliti  
 piscis, crudi tamen acerog; aspersi, paululum quid. Vndecimo Cal-  
 end. Februarii amplissimam urbē præteriuimus Cantone duplo  
 penē maiorem (vti regionis illius periti asserēbāt): nos enim par-  
 tum niuibus, partim nebula spissiori impediti, præter celsissimas  
 quasdam turres conspiciēbamus nihil. Occidente Sole ad oppidū  
 quoddam accessimus, iuxta quod in alterius fluminis ripa, a prio-  
 ri isto quē tunc egressi eramus, quantum arcu missum telum spa-  
 tii conficere posset distante, nauem mutare coacti fuimus: cumq;  
 per totam noctē ad ardentis lucernę lumen fune ad malum alli-  
 gato nauē protrahi curassemus; subsequētis diei diluculo ad vr-  
 bem Ciquionem, atque adeo ad hospitii quo nunc etiam excipi-  
 mur limen, secunda nauigatione perlati fuimus. vbi itineris vnde-  
 cimo Cal. Decembris suscepti, & 10 Cal. Febr. peracti terminus ac  
 finis fuit. At verò quoniam cum Cantone discederemus metum  
 nobis incolę non medioerē incusserant, parati veneramus oppro-  
 bria, verbera, carcerē pro Christi nomine æquo animo laturi: ve-  
 rū nō tato ministros suos honore dignatus fuit mitissimus IESVS,  
 vt pro

vt pro fidei suæ confessione pulsari nos duriusque excipi à bar-  
 bara gente passus fuerit, quæ res fiduciam in eum nostram nô pa-  
 rum adauxit, vt quemadmodum felici faciliq̃ cursu ac grato  
 hique barbaricæ nationis applausu sub defensionis suæ scuto nos  
 huc vsque fuisset tutatus; ita in posterum quoque ingruentibus  
 tribulationum procellis, pronomini sui fidei propagatione susti-  
 nendis, solito nos fauore non destitueret. Hac in vrbe, quæ (vt P.  
 Rogerius dicere assueuerat) Venetæ vrbis typus quidam est ac si-  
 mulachrum, de domo com modo loco sita nobis Deus prospexit:  
 quæ altera parte flumen altera vrbem ipsam respicit, conclau-  
 bus, culina, horro, cæterisque commoditatibus egregiè instructa,  
 loco etiam adjecto sacrario exstruendo peropportuno. Cingimur  
 vtrinq̃ Sacerdotum Idololatrarum ædibus, qui tamen nihil in  
 nos durius statuunt, quin humaniter potius excipiunt, & hie nos-  
 tra arcana audituri quotidie accedunt, nec illi tantû, sed reliqua  
 hominum multitudo turmatim nos visura accurrit, vt ad hunc vi-  
 que diem, qui Februarii mensis octauus est, frequenter hominum  
 concursus ne si vellemus, vitare tamen præ nimio nos videndi au-  
 diendiq̃ studio non possemus. Qui dignitate & autoritate ce-  
 teris anteibant, his altate nostrum immortalis Deo erectum obse-  
 debamus, quod magna cum reuerentia intuebantur, Seruatores  
 nostri imaginem præcipua deuotione venerantes. Inter nobilio-  
 res autem Magistratus, qui doctrina præcellabant, mirum dictu  
 quantopere Christianis cæremoniis afficiebantur, aded quidem  
 vt se nos non esse dimissuros constanter assererent. Ex his nonul-  
 li P. Rogerium prandio exceperunt, qui hesternis quoque die cum  
 quodam ex vrbis proceribus cœnauit, qui Consulem duplici di-  
 gnitatis gradu præibat, qui quoddam vitæ munere functa mari iusta  
 persolueret, ad funebrem pompam per Oeconomum suum nos  
 inuitari iusserat, cui hoc responso dedimus, orationum nostrarum  
 obsequium nisi veris immortalis Dei cultoribus non prodesse. Vt  
 credas quanta cum honoris prerogatiua Patrem exceperit, nam  
 & honoratiorem in accubitu locum ei assignauit, & egredientem  
 etiam ad vltiorem palatii sui portam est comitatus; quantum  
 fidei nostræ mysteriis delectaretur, non obscuris indiciis declaratis.  
 Non leuem præterea spem nobis iniecit, fore vt luctus funeralsq̃  
 anno transacto, ad Regiam aulam Paquinum profecturis præsen-  
 tiam suam non deuegaret, si id nobis gratû esse arbitraretur. Ter-  
 tium alii Consulem nobilitate honorumq̃ titulis præcedentes  
 salutandi causa ad nos fuerunt ingressi. Quin & alii quotidie tan-  
 ta frequentia accedunt, vt assidua visentium officia nobis inces-  
 dum

dam hinc submolesta. Quid de nobis Idolorum sacerdotes sentiant, equidem ignoro: nemo tamen ex ipsis nos adhuc conuenit, qui læto hilarique vultu nobiscum non egerit. Adde non defuisse quosdam, qui lustrali aqua aspergi religiosè expeterent, quam tamen, donec quid tanta in re fieri expediat studiosè excusserimus, negandam infidelibus esse duximus. Res est profectò matura de liberatione non indigna, an in vrbe tam ampla tamque celebri (præsertim cum inuitemur vltro) domicilium firmandum nobis sit, cum satis firma spe ut templum etiam sumptibus suis ciues erigendum nobis curent, an verò aliò iterum commigrandum, vnde reuertendi nobis occasio præcludatur sit metuendum. Verùm tamen quia consilii huius eventus omnis non ab humana industria, sed a diuina prorsus pender providentia, feruentissimis precibus Deo commendandum censuimus, ut ipse quod factu optimum sit Spiritu sancto suggerente edoceat. R. P. Rogerius plerisque ex præcipuis vrbis proceribus hesternò die inuisit, quo etiam à Gubernatoris seu Consulis patre, qui in fidei nostræ arcanis sedulo iam instituitur, ad cœnam fuimus vocati. Ædificia tum publica tum priuata, plateæ quoque & vrbis vici, structuræ artificio multis partibus ampliores sunt & pulchriores, quam in vrbe Cantone: ciues etiam & morù grauitate, & vitæ instituto ac vestitus civilioris genere, à Xauchini Cantonisque incolis non parum differunt. Quæ in vrbe hac singularia adhuc esse cognouero, fusiùs alias perferibam: Hoc tantùm iam addam, non esse in vniuersa Lusitania, si vnicam Vlyxbonam excipias, quæ magnitudine & vastitate cum hac aliqua ex parte sit conferenda. Regni porrò huius tam ampli ad veri Dei cognitionem conuersio tanti momenti res iamdum visa est, ut vitæ planè pro ea effundere exile mihi videatur, mille effusuro si mille Dei liberalitas vitas concessisset. Deus pro infinita sua bonitate misericordiæ oculos ad cæcam hanc verèque miseram gentilitatem conuertat. Ciquione in Regno Cina, 4. Id. Feb. 1586.

PROVINCIALIS INDIAE AD R.  
P. GENERALEM.

**P**ATER Michaël Rogerius & Antonius Dalmeida, qui, ut litteris anno superiori missis docui, ad ducenta & ampliùs miliaria vastissimos Cina fines penetrarant, ad prouinciam quandam non procul Nauchino distantem delati, etsi certis quibusdam ac efficacibus causis impediti longiorem ibi moram non traxe-